

Band V., Nr. 1303, Seite 69-70

Bischof Richard von Worms verpfändet mit Zustimmung seines Kapitels den Brüdern Engelhard und Konrad von Weinsberg und Heinrich von Ehrenberg den Zehnten zu Wimpfen, Biberach und Niefern für 200 Mark gegen die eidlich übernommene Verpflichtung des Schutzes von Burg und Stadt Wimpfen u.s.w.

Wimpfen, 1254. Juli 24.

R. dei gracia Wormaciensis episcopus. Noverint universi presentium inspectores, quod nos ob utilitatem et necessitatem ecclesie nostre, videlicet ob recuperacionem castri Wimphinensis et oppidi ibidem obligavimus de consensu et voluntate capituli nostri tres decimas, videlicet decimam frumenti civitatis Wimpinensis, decimam frumenti in Biberach, decimam frumenti in Niuern, dilectis et fidelibus nostris E. et C. fratribus de Winszberg et H. de Erenberg pro ducentis marchis sub hac forma, quod ipsi fide data et corporali prestito iuramento nobis promiserunt fideliter assistere in tuicione ac defensione castri et oppidi memorati ac aliis rebus ecclesie Wormaciensis et quod ipsi capitulum prelibatum in decimis, censibus et rebus aliis quibuscumque in districtu Wimphinensi sitis ad eos spectantibus non impediunt, ymmo defendant et tueantur. Est etiam adiecta hec condicio, quod predictas tres decimas singulis annis post percepcionem fructuum de decimis obligatis usque ad festum Georgii redimere possumus pro pecunia pretaxata. Verum si totam pecuniam, ducentas marchas, simul habere non possumus, pro centum marchis decimam frumenti civitatis Wimpinensis, cum decima vini non sit obligata, vel decimas frumenti in Biberach et Nieueren redimere possumus, electione horum duorum nostro arbitrio reservata, tempore redemptionis tamen pro ducentis marcis vel pro centum eodem existente. In cuius facti robur [et] testimonium presens scriptum eisdem nostro sigillo dedimus roboratum^a.

Datum et actum Wimphine, in vigilia beati Iacobi, anno domini M^o. CC^o. quinquagesimo quarto.

Aus dem *Liber Privilegiorum ecclesie Wormaciensis*, einer Pergamenthandschrift des StA Darmstadt aus dem 15. Jahrhundert, fol. CCLXXIII, unter der Aufschrift: *De facto Wimphinensi*.

^aIn der Vorlage steht falsch: *roboratam*.

II

Es folgt in der Handschrift von späterer Hand: *de quo in proximis litteris*, d. h. in der, in der Handschrift unmittelbar vorhergehenden Urkunde, welche im Auszug hier folgt: *D. D. Anno domini MCCLV ultimo Februarii Richardus – Wormaciensis episcopus – cum capitulum ecclesie nostre Wormac. quosdam redditus, quos habet in districtu opidi et castri Wimphinensis, ad prebendarum suarum stipendia pertinentes, ob legitimam episcopatus nostri necessitatem, utpote propter recuperacionem castri et oppidi Wimpinensis, quod iam dudum ab ecclesia Wormaciensi exstitit alienatum, – domino H. de Erenberg et dominis de Winsperg fratribus pro ducentis marcis argenti ad preces et instanciam nostram magnam duxerint obligandos, nos – in recompensacionem – eorundem reddituum omnes census nostros, quos in civitate Wormaciensi habemus etc. etc.* Es folgen genannte andere bischöfliche Einkünfte in Worms. – *assignamus nostro capitulo supradicto – hoc etiam adiecto, quod, quandoque memorati redditus obligati per nos vel successores nostros fuerint liberati, ipse decime ad capitulum et prefati census et proventus ad nostram et successorum nostrorum mensam – revertantur.*

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Darmstadt

Signatur/Titel des Originals:

C 1 A Nr. 156. fol. 308 r

Editionen:

Schannat: Historia episcopatus Wormatiensis, S. 125, Nr. CXL.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Wimpfen

Aussteller:

Richard; Bischof von Worms

Ortsindex:

Biberach Wohnplatz (1770)

Biberach, Heilbronn, HN

Ehrenberg Wohnplatz (1811)

Ehrenberg, Bad Rappenau, HN

Niefern Wohnplatz (7091)

Niefern, Niefern-Öschelbronn, PF

Weinsberg Wohnplatz (2238)

Weinsberg, HN

Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)

Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN

Wimpfen im Tal Wohnplatz (1853)

Wimpfen im Tal, Bad Wimpfen, HN

Worms, WO